



Disputatio juridica inauguralis de secundis nuptiis

<https://hdl.handle.net/1874/340897>

DISPUTATIO JURIDICA
IN AUGURALIS,
DE
SECVNDIS NVPTIIS,
QVAM
Annuente Deo Opt. Max.

Ex Authoritate Magnifici Rectoris
D. ARNOLDI SENGVERDII,
L. A. M. & Philosophiae Professoris Primarii,
amplissimi Senatus Academicus consensu &
Consultissimae Facultatis Juridicae Decreto.

Pro gradu Doctoratus in Vtroque Iure consequendo

Publicè sive Preside defendet
CORNELIUS Van HEEMSKERCK,
ULTRAIECTINO-BATAVUS.

Ad diem 29. Aprilis boris locoque soitis.



Naturā & Industriā.

TRAJECTI ad RHENUM,
Apud PETRUM DANIELIS SLOOT,
ANNO M. DC. XLV.

*Amplissimis, Consultissimis, Doctissimisque
Viris ac Dominis*

D. CORNELIO de VIANEN, J.V.D.
& Cameræ Viennensis Senatori Primario, hujus-
que Civitatis Ultrajectinæ Advocato fidelissimo,
Avo suo summo honore, ac amore pariter profe-
quendo.

D. JOANNI van HEEMSKERCK,

I.V.D.D. &
Civitatis
Amstelreda
nenfis Sca-
binis, digni-
fimis cogni-
tis suis,

D. FRANCONI vander MEER,

*Hacce theses Inaugurales in grati
animi signum*

D. D. D.

CORNELIUS van HEEMSKERCK

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
SECUNDIS NVPTIIS,
T H E S I S I.

DE hâc selectâ, nobili & in foro usitatâ materiâ acturus, hanc quæstionem (ne disputatio nostra falsâ hypothesi niti videatur) præmittendam putavi, utrum secundæ tertiaeque nuptiæ licitæ sint ? Licitas autem esse omni jure probatur *1. Corinth. 7. c. aperiant. &c. seqq. caus. 31. qu. 1. tot. tit. Cod. de secund. nupt. Mauser. ad pr. Inst. de uupt. pag. 329. Diff. Tertul. lib. de monog. & plures, quos videre licet apud Covarruv. tom. 1. de matrim. part. 2. c. 3. §. 9. n. 6.*

II.

Verum ut maximè licitæ sint, jure tamen civili poenis quibusdam subjacent, quæ enumerantur in *l. 1. 2. 3. l. hâc edictali &c. C. de see. nupt. Nov. 2. cap. 1 & 4. Nov. 22. cap. 22. 23. 32.* Sed quæritur an hæ poenæ jure Canonico sublatæ sint ? Verius est, eas non esse sublatas, quæ in favorem liberorum prioris matrimonii consti-

A 3. tutæ

tutæ sunt. Covarruv. part. 2. de matrim. cap. 3. §. 4. n. 7.
Peregr. 3. de jur. fisc. 15. n. 3. Molin. ad cons. Barif. iii. 1. §.
43. gl. 1. n. 143. Gail. 2. obs. 98. n. 8. Peck. 1. de testam.
conj. 47. n. 3. Coren. cons. II. Tuld. tit. C. de sec. nupt. n. 7.
Fab. Cod. ad h. t. defit. I.

III.

Si maritus decebens uxori potestatem novarum
nuptiarum fecerit, non evitabit tamen propterea poe-
nas secundarum nuptiarum, sive intra annum luctus,
sive post contrahantur, nemo enim testamento legi-
bus derogare potest. *I. nemo* 55. *D. de leg.* 1. *junct. l. jus*
publicum 38. *D. de pact.* Coras. 3. *miscel.* 1. n. 12. *Giphon.*
in l. hac edictali C. b. t. *Tuld.* b. t. n. 8. *Forster.* 7. *de succes.*
ab. intest. cap. 13. *Hodier.* ad d. l. *hac edictali quest.* 21. n.
37. *Diff.* *Bald.* *in l. 1.* C. de sec. nupt. *Boer.* *decis.* 113. n. 6.
Myns. 5. *obs.* 24. *Gomes.* l. *Taur.* 14. n. 6. *Vigel.* *in meth.*
jur contr. 3 cap. 8. reg. 64. *Gail.* 2. *obs.* 48. *Menoch.* cons. 470.
n. 19. *Alb.* *Gentil.* 6. *de nupt.* 23.

IV.

Quid si liberi prioris matrimonii consentiant in se-
cundas matris nuptias? Nequaquam tamen prædictas
pœnas effugiet arg. *I. Gajus.* 39. *de pign.* act. *I. Titia*
34. § *Lucia.* *D. de leg.* 2. Sed quid si consentiant, &
simil consulto remittant jus, quod habent? Puto cel-
lare quod constitutum est *in l. feminæ* 3. C. b. t. arg. *I.*
penult. C. de pact. *Fachin.* lib. 3. *controv.* cap. 65. *Ang.* *in*
conf. 396. *Dec.* *in conf.* 309. n. 7.

V. Quid

V.

Quid si ex permisso principis mulier secundas nuptias contraxerit. Infamis quidem non erit, sed reliquias poenas non excludet, nisi dimidiam bonorum suorum partem liberis prioris matrimonii donaverit l. 4. C. ad Sc. Tertyll. l. q. C. si contr. jus vel util. publ. l. solent. 10. D. de his qui not. infam. l. decreto. 15. c. eod. Cujac. in d. Nov. 22. Fachin. d. cap. 65. in fin. Gomef. d. n. 6. in fin.

VI.

Poenæ verò quas jure Canonico non esse sublatas diximus, duæ sunt: Prima continetur in l. 3. cum ll. & Auth. seqq. c. b. t. Nov. 22. cap. 23. & 96. Altera, continetur in l. hæc editali. 6. c. b. t. Sed an hæc poenæ moribus quorundam Provinciarum rectè abrogatae sint admodum dubitatur, nos subsistimus, & utrum libet defendemus.

VII.

Quod poenam priorem attinet, non dubito quin ea utriusque conjugi communis sit, ideoque male non nulli docuare, partem posteriorem d. l. 3. ad solas mulieres non viros pertinere. Facit l. generaliter s. C. b. t. Nov. 2. cap. 2. s. 1. & Nov. 22. cap. 23. 27. l. ult. pr. & s. 1. C. ad SC. Tertyll. Cujac. in d. Nov. 22. Scip. Gemil. de sec. nupt. cap. 13. Forster. d. lib. 7. cap. 11.

Gomes. ad leg. Taur. 14. n. q. **Vasq.** de succes. progres. lib. 2.
§. 17. n. 28. **Peck.** d. cap. 18. n. 16. **Gail.** d. obs. 98. **Sand.**
decis. Fris. 2. tit. 3. definit. 2. **Diss.** Giphan. in d. l. hāc edi-
ctali, pag. 382. **Fashin.** 3. contr. 64.

VIII.

Sed quid statuendum de legitimā parentum, an ea
transleuntibus ad nova vota debeatur? Et cum nulla
reperiatur constitutio, quae secundum nubentem pri-
vet legitimā, consequens est & legitimam, & si minus
legitimā relictum sit, augmentum eidem deberi. **Nov.**
115. cap. 5. pr. **Fashin.** 3. contr. 63. **Diss.** Bald. in Auth. &
testamento. **C. b. t.** **Menoch.** cons. 237. lib. 3.

IX.

Quantum ad posteriorem poenam attinet, eum ea
ex d. l. hāc edictali locum habeat, non solum filiis prio-
ris matrimonii, sed & nepotibus extantibus, quæritur
quemadmodum nepotes considerentur, utrum ut ca-
pita, an ut stirpes? Probabilius est, stirpem spectan-
dam: ita, ut si plures nepotes ex eodem filio sint super-
stites, vitrico eorum vel novercæ plus relinqui possit
quam singulis, non tamen plus quam universis. **arg.** **Nov.**
118. cap. 1. & l. 2. **C.** de suis & legit. hared. **DD.** in d. l. hāc
edictali. **Myns.** 5. obs. 24. n. 4. **Sand.** d. tit. 3. def. 5.

X. Haud

X.

Haud vulgaris quæstio est, an lex hæc edictali deroget communioni omnium bonorum, quæ jure municipali inter conjuges contrahitur, itemque communioni lucri & damni? Sanior est sententia eam dictæ communioni non præjudicare, quia lex municipalis dergat juri scripto. Quod si pactis dotalibus communioni renunciatnm sit, haud dubiè d. l. hæc edictali erit locus. Hodier. ad d. l. hæc edictali. quæst. 6. n. 3. & 4. Zobel. diff. 47. n. 6. & seqq. Coler. decis. 40. Grot. in introduct. ad jurisprud. Holl. 2. manud. 12. Neostad. de pact. antenup. obs. 4. annot. Coren. decis. 30. n. 29. Peck. detestam. conjug. lib. 2. cap. 18. n. 9. Dec. cons. 19. Vincent. de Franch. decis. 435. n. 2 cum seqq. Pinell. ad. l. ult. C. de bon. mater. n. 1. 2. & 3. Chass. ad consuetud. Burg. tit. 6. Diff. Bartol. in d. l. hac edictali n. 2. Bald. n. 7. Bald. n. 7. Sich. n. 8. et seqq. Boer. decis. 185. n. 6. et seqq.

XI.

Eum, qui transivit ad secunda vota, liberis ex postiore matrimonio susceptis plus relinqueret posse quam filiis prioris matrimonii, extra dubium est. Quid ergo, si testator ita dixerit: *Vxori semissim, bonorum lego, quantoque minus per l. hac edictali capere ei licet, liberis ex eadem susceptis lego?* Videtur in fraudem d. l. hac edictali testatorem facere voluisse d. l. hac edictali s. quam obserua-

seruationem l. Sulpitius 49. D. de donat. intr. vir. et n. 20.
Ritterbus. part. 4. Novel. cap. 5. n. 10. Sand. tit. 3. defit. 6.
Vincent. de Franch. decis. 435. Adde Fachin. 3. contr.
66. Scip. Gentil. cap. 28. Hodier. ad d. l. edictali quest. 1. 2.
et 28.

XII.

Quid si vitricus ex esse institutus sit, cum nihil esset
filio prioris matrimonii relictum, Non jam erit locus
d. l. hāc edictali, sed illa institutio erit ipso jure nulla
ex Nov. 115. cap. 3. d. l. hāc edictali, vers. ita tamen ut
quarta.

XIII.

Ex his quoque constat, falsam esse eorum senten-
tiam qui docent, si nihil filio relictum sit, aut minus
legitimā, filium legitimam ante detrahere, tum in
reliquae hæreditatis partem admitti pro virili: si enim
nihil relictum est filio, testamentum nullum est, ut
supra dictum est: si minus legitimā, aget duntaxat
ad supplementum ex l. omnimodo 30. C. de inoff. testam.
Ant. Fab. 14. conject. 17. Ritterbus. part. 4. Novel. cap. 5.
n. 9. Molin. ad conf. Alex. 158. vol. 5. Adde Cod. Fab. tit.
de sec. nupt. def. 9. et 12. Diff. Trentac. 3, tit. de jur. dot.
resol. 3. in fin. Cancer. 3. var. resol. 2. n. 183. et alii, quos
sequitur Hodier. quest. 7. n. 14.

XIV.

Sed quæritur an supplementum legitimæ etiā vi-
trico

trico prospicit? Negatur, d. l. 6. vers. fin autem: Itaque vel
minimam portione uni ex liberis relictâ contentus esse
debet, præsertim cum hic agatur de favore liberorum.
Diff. Fachin. 3. cap. 67.

X V.

Si plus vitrico vel novercæ donatum est, quam uni
ex liberis prioris matrimonii, id inter solos liberos æ-
qualiter dividendum est d. l. 6. vers. si verò plus. Cravett:
in cons. 193. n. 13. Diff. Gloss. in d. l. 6. et plures, quos vi-
de apud Fachin. d. lib. 3. cap. 69.

X VI.

Sed controvertitur, an & id, quod filii prioris matri-
monii consequuntur ex d. l. hac edictali debeant impu-
tare in legitimam? Aff. l. quoniam novella 29. l. scimus 36.
pr. vers. repetitionem. C. de inoff. testam. Alciat. in l. in
gnartam. circa fin. D. ad leg. Falcid. Diff. Bald. in d. l. hac
edictali in 20. Peck. d. cap. 18. n. 3. Tuld. ad h. t. n. 2. Fachin.
3. contr. 70.

X VII.

Porro queritur, an beneficium l. hac edictali transmit-
tatur ad hæredes extraneos filiorum prioris matrimo-
nii, viuente patre vel matre? Negantium sententia mi-
hi arridet arg. d. l. 3. C. b. t. in fin. Gabr. lib. concl. 1. n. 26.
et 94. Peck. de testam. conj. 200. n. 5. 6. 7. et 8. cons. 194. et 142.

X VIII.

Easdem poenas, quas patiuntur ad secundas nuptias
migrantes, patiuntur etiam viduæ stupro pollutæ Nov.
39 cap. 2. §. ult. l. his solis 7. C. de revoc. donat. Sed cum
poenæ transfeuntium ad secundas nuptias modo supra
relata sublatæ sint jure Canonico, queritur an hoc jure

B etiam

etiam pollutæ viduæ se tueri possunt. Verius est non posse. cap. penult. & ult. de sec. nupt. Ioan. de Garron. in l. 1. C. de sec. nupt. n. 72. et 73. Clar. s. sent. 5. struprum. n. 6. Surd. de alim. tit. 7. quest. 24. n. 4. Menoch. conf. 288. n. 26. Molin. ad conf. Paris. tit. de feud. §. 43. n. 143.

XIX.

Coronidis loco hoc quætere lubet. Cum statuto hujus civitatis art. 25. rub. 23. cautum sit, ut parentes filii suis sine legitimis liberis decedentibus ab intestato succedant, num eo ipso dispositio l. fæminæ. C. b. t. cefset? Et cessare arbitramur. Bald. in l. maximum vitium C. de lib. præter. Merend. lib. 2. controvers. cap. 49. et 50. Ioan. Ceph. conf. 343. n. 19. et conf. 341. n. 30.

Corollaria ex jure Civili.

1. Princeps stricto jure legibus solutus est, sed ex honestate tenetur l. 31. D. de ll. l. 1. D. de constit. Princip. junct. l. 23. D. de leg. 3. & l. 4. C. de ll. Diff. DD, varie.

2. Consuetudo non introducitur decennio neque duobus actibus, arg. l. 1. §. ult. D. de jur deliber. Diff. DD. communiter, quos sequitur Gail, lib. 2. obs. 31. num. 2.

Fide-

3. Fidejussor fidejubens in maiorem summam quam
debet reus principalis , saltē in concurrentem obli-
gatur , l. 1. §. ult. & l. 12. in fin. D. de con-
stit. pec. & l. 33. D. mandat. junct. l. 8. §.
7.D. de fidejuss. Sich. in l.22. C. defidejuss.
n. 4. Diff. Fach. lib. 8. cap. 51.

Ex jure Canonico.

1. Parentum consensus in nuptiis liberorum de hone-
state tantum requiritur c. sufficiat 27. q. 2. c.
pen. ex. de rapt.
2. Ex pacto datur actio c. 1. & 3. ex. de pact.
3. Rectè pubertas non ex annis , sed ex habitudine
corporis aestimatur c. puberes ext. de desponsat.
impuber.

Ex jure Feudali.

1. Vasallus sine venia dominum in jus vocare potest.
Jul. Clar. in §. feud. quæst. 25. præf. Ever. in
loc. à libert. ad vasall. num. pen, Duar. ad
tit. de in jus voc. cap. 4.

Nulli

2. Nulli legitimati in feudum succedunt. Hanc puto
Feudista mentem esse in s. naturales: Si de feud.
def. contr. sit. int. dom. & agn. vasal. Cu-
jac. & Hotom. ibid. Duar. de feud. cap. II.
n. 7. Vult. 1. feud. 9. n. 94.
3. Feudum etiam præscriptione triginta annorum ac-
quiri potest s. si quis. Si de feud. def. cont. sit
int. dom. & agn. vasal. DD. communiter.

F I N I S.

